



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio sexta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

Magistri Durandi de

tentia & sic actu per aliquam formam absolutam sibi aduentientem. Item quod transmutatur de priuatione in formam, & quod acquirendo vna cum formam amittit aliam & hanc modi.

12. Ad primum argumentum dicendum quod ad rationem materie vel quasi materie in generatione sufficit quod aliquo modo substeret forma geniti, siue illa forma sit communis genito & generanti, communitate rei, vel rationis specifica sive non, modo in generatione filii, licet pater non communicet filio formam sibi & filio communem nisi essentiam a patre, tamen est in filio, non est solum essentia, sed relatio cui tanquam forma, large loquendo de forma, aliquo modo substarat essentia.

13. Ad secundum dicendum quod subiectum generationis, dicitur fieri hoc vel tale ubi terminus sub quo fit subiectum est aliquid ab solutum sic, aut non est in diuini.

14. Ad tertium dicendum quod imperfectionis est in agente quod requirat materiam extra se, sed quod agens in se aliquid habeat quod alteri communiceat, & nihilominus teneat aliquid rationem materie non est imperfectionis, sed perfectionis, & sic pater communicare filio essentiam suam que aliquo modo in generatione haberet locum materie.

15. Argumenta alterius partis concedantur ratione conclusionis, propter tamen primum aduertendum est, quod nullo modo est dicendum quod filius sit de nihilo, quia esse de nihilo est non habere in se aliquid quod non sit ab alio productum: ita quod sibi derelictus cederet in nihil. In filio autem est essentia diuina que non est ab alio producta, filius etiam nullo modo potest non esse, sed necessario est. Et ideo ei non competit esse de nihilo, sed est de substantia patris modo quo dictum est.

Sententia distinctionis sextae in generali & specifica.

Praeterea queri solet, &c. Superioris Magister mouit questiones circa generationis subiectum vel terminum. Hic mouerat quandam questionem circa generationis modum. Et diuiditur ista pars in tres. Primo mouet questionem & determinat eam. Secundo remouet quandam obiectiōnem. Tertio exponit predictam determinationem. Secunda incipit ibi: Contra hoc opponitur. Tertia ibi: Prædicta tamen vera. Prima diuiditur in tres partes. Primo mouet questionem. Secundo eam determinat. Tertio ex terminatione quandam errorem excludit. Secunda ibi: nec voluntate nec necessitate. Tertia ibi: quod contra ait August. Hęc est sententia Magistri in generali. An speciali verò sic procedit Magister & querit primo utrum pater genuit filium necessitate, vel voluntate. Et responderet quod nec voluntate, nec necessitate. Necessestas non, quia necessitas non est in Deo, nec voluntate, quia sic voluntas præcederet sapientiam, id est, filium qui est sapientia, generans enim præcedit genitum. Deinde errorem Eunomii excludit dicens quod in aliis dixit Eunomius qui attribuit dialecticis deceptum ponit filium esse genitum voluntate intelligens, & male, voluntatem generandi filium patri accessisse de nouo, quod esse non potest. Seque returnum Deum esse immutabilem. Conformat autem hoc quia argumentum hereticorum non est efficax. Opponit enim hereticus, pater aut volens aut nolens genuit filium. Si nolens ergo miser est. Si volens ergo voluntate genuit filium. Et dicit Magister quod hoc non cogit, quia sic potest opponi pater aut volens aut nolens est Deus. Si nolens miser est, si volens ergo voluntate est Deus, non natura quod fallum est. Vnde concludit quod pater nec nolens nec volens genuit filium. Postea quandam obiectiōnem remouet. Obiectio talis est, cum in diuini idem sit natura & voluntas. Si pater genuit natura filium, ergo & voluntate. Et responderet dices quod licet in diuini natura & voluntas sint idem in re in Deo, differunt tamen ratione, vel connotato. Vnde sicut scientia Dei se extendit respectu malorum, voluntas autem non, & tamen scientia & voluntas in Deo sunt idem, ita etiam aliquid conuenit naturae Dei quod non conuenit voluntati, licet sine idem in Deo. Ultimo dicit quod pater genuit filium voluntate communicante generationem non præcedente vel antecedente de nouo. Et in hoc terminatur sententia distinctionis in speciali.

Sancto Porciano

Q V A E S T I O P R I M A .

Vtrum pater generet filium necessitate
Tb. 1. p. q. 41. a. 1. ad quintum.

C irca distinctionem istam quæuntur duo. Primum est utrum pater generet filium necessitate an voluntate. Secundum est utrum generet filium natura. Ad primum sic proceditur. Et arguitur quod pater non generet filium necessitate, quia quod gratis datum non datur ex necessitate, sed secundum Ric. de trin. pater quicquid dat filio vel spiriti. San. dat secundum auctorem gratutum, ergo non necessario, sed per generationem pater dat filio quicquid filius habet, ergo pater non necessario generat.

2. Item Aug. ad Orofum nec necessitate, nec voluntate pater generet filium. Et Hila. li. de syno. dicit quod non naturali necessitate ductus pater generet filium.

3. IN CONTRARIUM arguitur quia si pater non necessario generet, potuit non generare & per consequens filius potuit non esse. Hoc autem est impossibile, ergo & primum consequentia patet quia non necesse & possibile non aequivalent.

4. RESPONSO, necessarium dicitur multipliciter. Est enim necessitas violentia & coactionis, vt cum lapidis proicitur sursum necessitatibus ad ascensum. Alia est ne cessitas expedita ex suppositione finis sicut volenti ire via mare necesse est habere naudem. Et his duobus modis sumitur necessaria ex causis extrinsecis que sunt agès & finis. Est tercia necessitas, scilicet immutabilitatis que sumitur ex causis intrinsecis, vel ex aliquo quod est de essentia rei, sicut necessitas hominum esse rationalem ratione formæ, vel corruptibilem ratione materie. Principia autem intrinsecata, ad quas sequitur talis necessitas quandoque sunt causatae alicuius ab alio sicut est in omnibus circa Deum. Et ideo sicut in eius principia rei dependet ab alio, ita & necessitas consequens principia, propter quod in his non est necessitas secundum portiunculam gradum necessitatis. In Deo autem nihil est quod ab alio dependeat. Et ideo necessitas immutabilitatis que in Deo est, summa est per prima necessitas.

5. Dicendum ergo cum queratur utrum pater generet filium ex necessitate, quod si loquamus de prima necessitate que est coactionis quod talis nullo modo cadit in Deo. Quod pater duplicit. Primo quia necessitas coactionis est a potentiore, sed Deo nihil est potentius, ergo &c. Secundo quia necessitas talis non est in cognoscibilius sine tristitia, v. meta, sed tristitia non cadit in Deo, ergo nec talis necessitas.

6. Si autem loquamur de necessitate secundo modo dicta que est necessitas expedita ex suppositione finis, sic dicendum quod talis necessitas non est in Deo quoad actus interiores qui non transeunt in creaturam, potest tamen in Deo esse quoad actus qui in creaturam transeunt. Primum patet sic. Si actus manentes in Deo sive essentiales, sive notionales fierent ex suppositione alii cuius finis aut ille finis esset in diuini, aut in creaturam. Sed neutrum horum potest esse, ergo, &c. probatur minor quia finis posterior est his que sunt ad finem, sed nihil quod sit in creaturis potest esse potius his que sunt in diuini, immo nec quicquid bonum in diuini etiam non est gradus bonitatis ut unum sit potius altero, ergo nihil est in diuini, nec in creaturis ad quod potius altero, ergo nihil est in diuini ordinatur actus diuini manentes. Cum ergo generatio filii sit actus manens in diuini, pater quod pater non genuit, necessitate que est ex suppositione finis.

7. Secundum sic patet, quia hinc Deus & ea que in Deo sunt non ordinatur ad aliud tanquam ad finem, tamen actus diuini transeunt in materiam exteriorem & res per eos producta habent inter se ordinem finis & eorum que sunt ad finem, propter quod inter haec inveniuntur dicta necessitas, vt si dicamus quod si Deus velit producere creaturam capacem beatitudinis necesse est quod producat eam intellectualem. Talis enim finis nulla modo potest haberi nisi a creatura habente ratione formam. Et ideo in istis inveniuntur necessitas suppositionis.

8. Loquendo autem de necessitate tertio modo dicta que est necessitas immutabilitatis, dicendum quod pater summa necessitate genuit filium, quod pater, quia productio

qua

Lib. I. Distinctio VII.

quæ est per modum nature, nec impedit potest nec à contraria predominantia, nec à superiori principio influentia subrahente, et summe necessaria, sed generatio filii in diuinis sit per modum naturæ & à principio naturaliter agente, quia generatio est opus naturæ nec impedit potest à contrario predominantia, nec à superiori principio influentiam subrahente, quia pater generans est primum principium simpliciter & virtus eius infinita, ergo generatio filii est summe immutabilis & necessaria. pater, sed non declaratur, quia principium naturale agens modo naturæ, agit quantum est de eis necessitate naturæ. Et ideo si impedit non potest in agendo, nec à contrario predominantia, nec à superiori subrahente influentia, actio eius erit simpliciter necessaria maxime quidam principium quod sic agit habet in se ratione quod ad actionem requiritur, quia si non habet sed requirere et aliquid extrinsecum tanquam materiam vel aliquip rale, ex defectu illius potest actio impediti non obstante concurru omniū aliarum conditionum, sed nihil tale extrinsecum requirit pater in generatione filii, ergo &c.

¶ Alter declarat quidam hanc eandem conclusionem, sic, actus diuini sunt in duplice differentia. Quidam enim transirent in materia exteriorem realiter sicut creare vel gubernare, & contingenti libertas in his, pura quod Deus producit creaturam vel non producat, nullam mutationem arguit in deo, sed solum in re creatura. Alii sunt actus intrinseci de quorum numero est generatio, & contingenti in ipsis arguit posibilem mutationem in Deo. Cum ergo mutatio in Deo sit penitus impossibilis & contingenti in ipsis est omnino impossibiliter, sed est in eis ipsa necessitas.

¶ Sed contra hunc modum dicendi est instantia quorundam, quia velle in Deo est actus intra manens & non transiens extra, & tamen non quicquid Deus vult de necessitate vult, sed multa vult libere, ergo non omnes actus intra manentes sunt simpliciter necessarii nisi facta suppositionem, sine, tunc enim impossibile est eos non infere, sicut supposito quod Deus vult aliquid, impossibile est & prius non fuerit, aut quod in posterum posit non velle, quia sequetur mutatio in deo, simpliciter autem & absolute potest illud non velle, quia non est necessaria habitudo voluntatis diuinae ad tale volitum, & eodem modo diceretur quod supposito quod pater generet filium, necessarii est eum genuisse, simpliciter autem & absolute non. De hac autem necessitate nunc querimus.

¶ Hac autem instantia non bene procedit, quia quavis velle diuinum non sit necessario de quolibet volito, tamen omne velle diuinum est necessario in Deo, nec in Deo est libertas seu contingenti respectu actus volendi, quavis in eo sit libertas, seu contingenti actus volendi respectu aliquorum obiectorum, sicut magis declarabitur infra dict. 44.

¶ AD PRIMVM argumentum de amore gratuito dicendum quod in amore gratuito sunt duo. Primum est mera liberalitas & quantum ad hoc non est amor gratuitus in generatione filii, sed est ibi absoluta necessitas immutabilitatis. Secundum est quod finis retributione, & quantum ad hoc est ibi amor gratuitus, quia pater per generationem dat filio & nihil accipit ab ipso.

¶ Augustinus autem & Hilarius in dictis suis excludunt à generatione diuina necessitatem coactionis, non autem necessitatem immutabilitatis, de qua procedit argumentum ad alteram partem. Et ideo in hoc sensu concedatur.

QVAESTIO SECUNDA.

Vtrum Pater generet Filium natura, an voluntate.

Tho. I. p. q. 41. q. 2.

¶ Secundum sic proceditur. Et arguitur quod pater non generet filium natura, quia pater eo est pater quod genuit, sed pater non est pater natura, ergo non generet filium natura. Maior pater, quia paternitas est relatio ex generatione configurgens, minor probatur per Augustinum. 7. de Trin. cap. 9. vbi dicit quod pater non est pater quo Deus, sed est Deus natura, ergo non est pater natura.

& QVÆSTIO. II.

¶ Item natu & voluntas sunt unum & idem in Deo, sed pater non genuit filium voluntate secundum Aug. ergo nec natura.

¶ Item tantum conuenient voluntas & natura in Deo quatum natura & intellectus, sed illud quod procedit per modum voluntatis, ut Spiritus sanctus non dicitur procedere natura vel per modum naturæ, ergo illud quod procedit per modum intellectus ut filius qui est verbum, non debet dici procedere natura vel per modum naturæ.

¶ AD OPOSITVM est quod dicit Hilarius liber de synodis, ubi dicit quod omnibus creaturis substantiam Dei voluntas attulit, filio vero natura dedit. & Aug. 15. de Trin. dicit verbum per quod omnia facta sunt esse filium Dei natura.

¶ RESPONSO, ad videndum quomodo filius procedat per modum naturæ, & Spiritus sanctus procedat per modum voluntatis, procedit sic, quia primo excluditur imaginatio quorundam non bona circa hoc, & secundo declarabitur veritas questionis. Quantum ad primum sciendum quod quidam imaginantur quod filius pro-

*Hec imagi-
natio est
Th. I. p. q.
27. 47. §.*

ducatur per actum intellectus proprius quod dicitur verbum, quod est terminus operationis intellectualiter per ipsum productus. Spiritus autem sanctus per actum diligendi, unde & amor est. Ex quo statim pater, quare filius dicitur produci per modum intellectus, & Spiritus sanctus per modum voluntatis, quia per actus harum potentiarum producuntur, sed quare filius dicitur procedere per modum naturæ, non autem Spiritus sanctus, dicunt quod haec est causa, quia id quod procedit ab alio accipiendo natura & proprietates naturæ & modo naturæ, illud procedit per modum naturæ, sed filius procedit à patre accipiendo natura & proprietates naturæ & modo naturæ, non sic autem per omnia procedit Spiritus sanctus ab ipsis que, ergo &c. Minor declaratur sic, modus naturalis productionis est producere aliquid per viam assimilationis. Unde natura dicitur vis insita rebus ex similibus similitate procreans, pater autem producere filium per viam assimilationis, producit enim ipsum per operationem intellectus, et de cuius ratione est quod verbum productum similem sit intellectui informato specie rei. Non sic autem est de Spiritu sancto, quia licet Spiritus sanctus sua processione à patre & filio accipiat naturam & proprietates naturæ, tamen de ratione processionis sua non est quod sit per viam assimilationis qui est modus naturæ, non enim est de ratione eius quod producitur per voluntatem quod sit simile producenti, potest enim esse simile vel dissimile illud quod per voluntatem producitur, & ideo Spiritus sancto, cum per actum voluntatis procedit, non procedit per modum naturæ.

¶ ILLUD AVTEM non videtur bene dictum, quod enim filius producatur in diuinis per actum intellectus & Spiriti sancti, per actum voluntatis non potest intelligi nisi dupliciter, uno modo quod isti actus sint ipsa productiones personarum. Alter modo quod sunt principia productionis, sicut calor manus dicitur produci ab igne per calorem & per calefacere, sed per calefacere tanquam per productionem, per calorem vero tanquam per principium productionis.

*Sup. q. 16.
Num. 9.*

¶ Primum non potest dici scilicet quod intelligere & velle sunt principia productiones personarum propter tria. Primum est quia productiones personarum secundum omnes sunt actus notionales & non essentiales, sed intelligere & velle sunt actus essentiales & non notionales, ergo non sunt ipsa productiones, utraq; propositionum per se nota est.

¶ Secundo quia cuicunque conuenit actus per quem persona producitur, sibi competit producere personam ad quam actus terminatur, sicut cui competit generare, competit producere filium, sed intelligere & velle competit omnibus personis in diuinis, ergo si isti actus essent productiones personarum, cuiuslibet persona competit prod. filium & Spiritui sancto, quod est falsum.

¶ Tertio quia productiones personarum differunt realiter, sed intelligere & velle non differunt aliquo modo realiter nec absolute, nec relativa, ergo non sunt productiones.

¶ Quod

Magistri Durandi de

10 Quod autem sunt principia productionis patet sic. Illud cuius conditio est opposita secunditatem non potest esse principium actus quo aliquid producitur, quia omnis producere prouenit ex secunditate, sed conditio actum intelligendi & volendi est opposita secunditatem, ergo non possunt esse principia actuum quibus persone producuntur, maior iam pater, sed minor probatur, quia hinc est conditio actus intelligendi vel volendi quod ex ipsis nihil aliud constituitur seu consequitur, ut patet ex. 9. metaph. Secunditas autem est ex quo natura est alterum sequi, et ergo conditio actus intelligendi & volendi contraria est secunditati, patet ergo quod intelligere & velle non sunt productiones personarum nec principia productionum, sed exclusi a Deo per intellectum intellectu & voluntate a omnibus actibus suis adhuc esset in diuinis generatio Fili & spiratio Spiritus sancti, ita quod haec sunt in diuinis ex secunditate naturae radicaliter, quia secunditatem habet ex sua infinite, & non ex hoc quod est intelligens & volens.

11 Hoc autem potest persuaderi sic, secundum idem proportionaliter competit secunditas creaturis & Deo, sed secunditas aliquid producendi competit creaturis non ex hoc quod sunt intelligentes & volentes, sed per aliquid aliud prius & communis. Vnde & virtus generandi aliud inuenitur in rebus inanimatis caribus intellectu, & vbi inuenitur in rebus habentibus intellectu hoc non est per intelligere & velle aut per aliquid ad hoc pertinens, ergo similiter est in Deo, quia licet natura Dei sit in Deo intelligent & volens, ex hoc tamen nulla secunditas nisi ei ad producendum quantumcumque personam, sed sicut causam originis si est intelligentia causat caliditatem sibi similem secunditate naturae sive sicut nunc facit, nec ad hoc aliquid cooperaretur sive intelligere aut velle, sic natura diuina licet sit intelligent & volens ex infinite sua haberet secunditatem quod virtute eius persona sit a persona, ad quam tamen nihil intelligere aut velle cooperatur.

12 Item qualis est ordo rei inter differentia realiter, talis est ordo rationis inter differentia secundum rationem, sed vbi natura intellectus & voluntatis differentia realiter productio est realiter vi naturae & non intellectus vel voluntatis, ergo sic est in Deo in quo ista sunt differentia secundum rationem.

13 Nec ratio aliorum est sufficiens: quia cum dicunt modus naturalis productionis est producere per viam a simulatione non est verum vniuersaliter sed solum in generatione mere vniuoca. Esto etiam quod est vniuersaliter verum illud quod dicitur potesta quod verbum productum simillimum est intellectui informatum specie, falsum est, quia tunc duas formes eiusdem speciei essent simul in intellectu, quia similitudo non est differentia secundum speciem, hoc autem est impossibile, quare, &c. & sic patet primum principale propositum.

14 N V N C R E S T A T secundum scilicet & declaratur veritas questionis. Est ergo intelligenda quod cum queritur vtrum pater generet filium natura, ly natura potest dicere principium generationis, vel modum, si dicat principium generationis, tunc est sensus vtrum pater generet filium natura, id est, vtrum essentia diuina qua est natura sit principium generationis, vel vtrum hoc sit proprietas relativa, & sic non intelligitur ad praesens, quia sic est easdem quatuor cum illa qua queritur vtrum potentia generandi dicat quid vel ad aliquid de qua queritur in sequenti distinctione, sic etiam non habet locum distinctione quae ponitur in terminis questionis vtrum pater generet filium natura an voluntate, quia natura & voluntas sunt in Deo eadem res absoluta, nec differentia quod est principium nisi propter principiandi modum, quia aliud est modus quo essentia diuina principiat vt natura, (si tamen aliquid sit principians) & aliud quo principiat vt voluntas.

15 Si autem ly natura & ly voluntate dicant modum productionis, sic habet locum questionis, & tunc dicendum est quod in productione diuinorum personarum est tria considerare, scilicet habitudinem virtutis productivae ad actum producendi, supposita producentia, & ordinem productorum, vel productionis.

Sancto Porciano

16 Si consideretur habitudo virtutis productivae ad actum producendi, sic nulla persona procedit in diuina per modum voluntatis, sed qualibet per modum naturae. Cuius ratio est, quia illud quod procedit a virtute agente ex necessitate immutabilitatis & ex virtute determinata ad unum producitur per modum naturae, sed qualibet persona diuina producitur ex necessitate immutabilitatis & virtute determinata ad unum, ergo quilibet persona diuina producitur per modum naturae. Maior patet, quia modus naturae in hoc differt a modo voluntatis in eliciendo acta, quia principium naturale agens naturaliter non habet in potestate actum suum, nec est indifferens ad opposita, sed est necessario determinatum ad unum, agens autem per voluntatem & modo voluntario habet in potestate sua agere vel non agere & est indifferens ad opposita, sicut potest rationalis. Minor sic pater, quia nec pater habet sic in potestate generare filium ut possit generare vel non generare, nec pater & filius habent sic in potestate spirare Spiritum sanctum quod possit spirare vel non spirare, sed necessario generat filium, & pater & filius spirant necessario Spiritum sanctum.

17 Si vero considereremus supposita productoria, sic Spiritus sanctus producitur per modum voluntatis, filius autem per modum naturae, quia modus naturae in creaturis est quod unum sit ab uno tantum, & non a pluribus eiusdem gradus & ordinis, quorum quilibet est per se sufficiens ad totum perfecte faciendum. Quae autem sunt per voluntatem possunt fieri a pluribus agentibus eiusdem gradus & ordinis, quorum quilibet est per se sufficiens ad totum perfecte producendum. Plures enim concurrunt moderando per voluntatem virtutem suam sicut pater de pluribus trahentibus nomen ubi alter ad totum sufficeret. Cum ergo filius procedat tantum ab uno, Spiritus autem sanctus a duobus, scilicet a patre & filio, ita quod quemque perfecte producere vult sicut ambo, nec perfectius ambo similis quam alter, ideo Spiritus sanctus dicitur produci per modum voluntatis, filius autem per modum naturae.

18 Si autem attendatur ordo productoris & productorum, sic filius dicitur procedere per modum intellectus. Spiritus autem sanctus per modum voluntatis. Cuius ratio est quia in imagine creata quae attendit secundum potentias & actus naturae intellectualis, prima emanatio est secundum intellectum, alia autem sequens in qua terminatur emanatio manes infra naturam intellectuali est emanatio pertinens ad voluntatem. Primo enim est cognitio boni. Deinde ex hoc oritur amor boni & ibi sit emanatio intra naturam intellectualem, & ex hoc arguitur sic. Illud quod in diuinis procedit prima emanatione, procedit per modum intellectus ad intra. Aliud autem quod procedit secunda emanatione & ultima in qua terminatur omnis emanatio diuina ad intra procedit per modum voluntatis, quia sic est in imagine creata ut dictum est. Sed filius procedit prima emanatione diuina. Spiritus autem sanctus sequente & ultima, ergo filius dicitur procedere per modum intellectus & Spiritus sanctus per modum voluntatis, & sic intelligenda sunt quae dicuntur circa materiam istam de modo processus diuinorum personarum, quod verba doctorum quae videntur insinuare quod intelligere & velle se diligere sint rationes emanationum diuinorum. Hoc enim dicunt solum secundum quandam adaptationem ad ea que inueniuntur in imagine creata.

19 Ad primum argumentum dicendum quod ly natura aliter accipitur cum dicitur quod pater non est pater natura, & cum dicitur quod pater genuit filium natura, quia dicitur quod pater non est pater natura, ly natura accipitur ibi pro essentia & non pro naturali necessitate, quia pater est pater naturali necessitate summe immutabilis, sed non est pater natura, id est, essentia formaliter, immo paternitate seu generatione activa quod idem est, & sic pater est pater, quia genuit, & alio est pater formaliter scilicet paternitate, & alio est deus formaliter, scilicet Deitate. Sed cum dicitur quod pater genuit natura, ly natura non accipitur ibi pro essentia vt prius dictum fuit, sed pro modo productionis naturalis, propter quod in argumento variatur acceptio huius nominis quod est natura.

20 Ad

Lib. I. Distinctio VII.

²⁰ Ad secundum & tertium pater responsio, per ea que dicta sunt in corpore questionis, licet enim natura intellectus, & voluntas sint vnum & idem in Deo realiter loquendo, propter quod quicquid est ab uno tanquam a principio totum est ab altero, tamen modus procedendi per modum naturae, & per modum intellectus, & per modum voluntatis, non sunt vnu & idem modus, sed diversi ut patuit in solutione questionis. Et ideo aliqua persona procedit per modum naturae vel intellectus quae non procedit per modum voluntatis & econverso.

Sententia septima distinctionis.

Hic soleretur quare à quibusdam. Superioris Magister mouet questiones circa generationis subiectum, & terminum, & circa modum generationis. Hic mouet quasdam questiones circa generationis principium quod est potentia generandi, & circa hoc duo facit, primo mouet questionem & eam determinat, secundo obicit in contrarium & solvit. Secunda ibi: Sed vehementer nos mouet. Secunda pars in qua mouet questionem dividitur in duas. Primo enim mouet questionem & determinat & adiungit quasdam alias obiectiones, secundo determinat. Secunda ibi: Ita etiam cum dicitur. Et hæc est sententia electionis in generali.

² In speciali procedit sic Magister & querit primo si filius posset generare. Et arguit sic primo quod sic, quia si pater potuit generare & filius non, ergo pater potest aliquid quod filius non potest. Et responderet Magister quod posset generare, vel posse esse patrem non est aliquid eorum quae subiecta sunt diuinæ potestati, sed est ad aliquid. Postea arguit per Augustinum in contrarium quia videtur dicere quod potuit generare, sed non oportuit quia immoderata esset diuina generatio. Et responderet quod Augustinus dicere intendit quod non est impotens in filio non posse generare, sed ex proprietate relativa sibi conuenit hoc. Postea queretur utrum pater si sit potens generare an hoc sit aliqua potentia quae non sit in filio. Et responderet quod pater est potens natura generare filium, & filius habet eadem potentiam quia potest digni, quam habet pater quia potest generare. Et queritur utrum potentia generandi quae est in patre sit in filio. Et responderet Magister quod potentia generandi non tantum dicit naturam, sed proprietatem, referendo ergo intellectum ad proprietatem non est potentia generandi in filio, quia aliud est posse generare & aliud posse generari. Referendo vero ad naturam idem fuit. Ultimo hoc idem declarat ulterius, scilicet quo modo potentia generandi sit in filio, quia in eo est potentia quae potest generari. Et in hoc terminatur sententia in speciali,

Q V A E S T I O P R I M A .

Vtrum in diuinis sit potentia generandi.

Tho. 1.p. q. 41. av. 4.

Circa distinctionem istam tria queruntur. Primum est utrum in diuinis sit potentia generandi. Secundum est quid sit, utrum substantian, an relatio. Tertio utrum sit in filio. Ad primum sic procedit. Et arguit quod in Deo non sit potentia generandi, quia omnis potentia est activa vel passiva, sed potentia passiva cum sit imperfecta de se non est in Deo, activa vero licet sit in Deo respectu creaturarum non videtur tamen quod possit esse in Deo respectu diuinorum, quia potentia activa est principium transmutandi vel producendi aliud ut aliud, sed in diuinis non est aliud ut aliud, pater enim non est aliud a filio secundum August. in homilia super illud Ioan. Qui non intrat per ostium. Et in quadam sermone de Trin. Ergo in Deo respectu diuinorum non est aliqua potentia activa, nec potentia generandi, nec alia.

² Item omnis potentia est respectu alicuius possibiliter, sed in Deo nihil est possibile, sed est totum necessarium, ergo in Deo respectu diuinorum nulla est potentia nec generandi, nec alia.

³ IN CONTRARIUM arguitur quia omne generans generat per aliquam potentiam, sed in diuinis pater generat filium, ergo in patre est aliqua potentia generandi.

⁴ RESPONSO, dicenda sunt duo, primum est quod in diuinis est potentia generandi, secundum est quod illa

& Quæstio. I.

32

potentia non dicitur vniuoce cum potentia generandi quae est in creaturis. Primum patet sic, ybi cuncte sunt plura realiter differētia quorum unum est productum alterius, ibi est verē & realiter potentia productiva, sed in diuinis pater & filius differunt realiter & filius est a patre productus per generationem, ergo in patre est verē & realiter potentia * productiva filii per generationem, sed itoc est potentia generandi, ergo &c. ita, patet ex ratione potentie actiua vel quasi actiua quae sola ponitur in diuinis. Est enim potentia actiua principium quo aliquid producitur, ut patet ex v. Metaph. Et ideo omne quod producit aliud, producit ipsum per aliquam potentiam productiū uam. minor supponit ex traditione fidei, & ex his quæ dicta sunt supra dist. 4.

* Alias pro
dicitur.

Cap. 12. q. 1.

⁵ Iuxta quod intelligenda sunt duo, primum est quod cum potentia dicatur in habitudine ad actum potentia, aut passiva in habitudine ad actum quem recipit potentia, aut actiua in habitudine ad actum quem producit, ubi non est actus realiter receptus vel productus, ibi non est realiter potentia actiua vel passiva. Cum ergo intellegere & velle in Deo non sint actus realiter recepti, vel producti ab intellectu & voluntate, sed sint penitus idem cum ipsis, idcirco licet in Deo sint intellectus & voluntas prout dicunt naturam actu cognoscentem & volentem, ramen nullum eorum est realiter potentia actiua vel passiva respectu praedictorum actuum, sed cum filius est realiter a patre productus & per consequēt realiter distinctus, & Spiritus sanctus, ab utroque, ideo necesse est in diuinis ponere potentiam realiter productiū respectu utriusque, & respectu quidem filii dicitur potentia generandi quia productio filii est generatio, sed respectu Spiritus sancti dicitur potentia spirandi, quia productio eius est spiratio.

⁶ Secundo intelligendum est quod sicut in creaturis aliquid producitur per potentiam naturalem & in similitudinem naturae productivis, sicut (exempli gratia) homo generat hominem, aliquid autem productur per potentiam rationalem & non in similitudinem naturae productivis, sed specie in mente existentis (sicut productur domus ab artifice,) sic aliqua producuntur a Deo patre per voluntatem non in similitudinem naturae sed idem existentis in mente diuinam tanquam artificiam. Et tales sunt omnes creaturæ quantum productio quo ad totum dicitur creatio, & principium huius actus dicitur potentia creandi. Aliquid autem productur per naturam in similitudinem naturae & modo naturae, sicut productur filius a patre, & actus quo productur dicitur generatio, & potentia correspondens actui quo dicitur potentia generandi. Sic ergo patet quod potentia generandi realiter est in Deo.

⁷ SECUNDVM pater, scilicet quod potentia generandi in diuinis non dicitur vniuoca cum potentia generandi in creaturis, quia cum potentia productiva sit illa per quod aliud a producente productum, ubi esse aliud a producente non conuenit vniuoco ipsi productus, ibi nec est vniuoco productio, nec potentia productiva, sed esse aliud a producente non conuenit vniuoco filio in diuinis & in humanis, ergo &c. Minor probatur, quia in humanis filius est verē & propriē & simpliciter aliud a patre secundum essentiam & substantiam secundum quam aliquid dicitur simpliciter aliud, sed in diuinis filius non est aliud a patre secundum essentiam & substantiam, sed solum secundum rationem dantis & accipientis, quae aliter as non cadit sub uno communī & formalī conceptu cum forma.

⁸ PER HOC pater responsio ad primum argumentum quod potentia generandi in diuinis non dicitur vniuoca cum illa quae est in creaturis, & ob hoc non est aliud simpliciter ibi sicut in humanis.

⁹ Ad secundum dicit quidam quod possibile diuinum contra necessarium non est in diuinis, sed possibile quod continetur sub necessario. Vnde sicut dicitur quod Deum esse est possibile ita potest dici quod filium generari est possibile.

¹⁰ Sed ista responsio non videtur valere, quia dicitur Deum esse est possibile, ita ut possibile non arguit in Deo aliquam potentiam sed solum non repugnantem terminorum, sed filium generari arguit in patre potentiam generandi non